Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37654
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

57

In Codice signato F. 6. 325.

Sermones /: aliqui sunt de Dominicis ab Adventu usque ad Dom. Pentecostes :/ plerumque de Sanctis cum declaratione nominis, quod Sanctus gessit, et annexa Legenda, praeterea de Passione D. N. J. C. et Festis B. V. M. incipit Prologus novae Legendae /: hic Codex :/ universum tempus praesentis vitae in 4. distinguitur etc. Opus incipit ab Adventu Domini: Adventus Domini per 4. septimanas agitur etc. /: hoc opus in prioribus Codicibus jam est scriptum :/ durat Cod. usque ad conguentem p. 185. fol. Cod. membran. Saec. XIII. Fol. membrana antica et postica sunt fragmenta breviarii.

In Codice signato F. 7. 107.

Missale Saec. XIV. omisso Kalendario incipit ab Adventu. Hungaricum videtur ob inserta festa Hungariae specialiter et Festum S. Stephani Regis, quod licebat celebrare infra octavam Assumptionis B. V. M. quae per octava pro tunc erat privilegiata sicut nunc octava Epiphaniae. et Eremitarum S. Pauli I. Eremitae. In Julio etiam habet festum Translationis S. P. Benedicti. post Missas de Communi Sanctorum habet plures missas quae non sunt in usu v. g. de spinea corona, de febri, de tentationibus carnis, Missam generalem etc. in fine Missarum sunt Sequentiae pro solemnioribus Festis D. N. J. C. B. V. M. et ~~ct.~~ Sanctorum. Cod. membran. in Fol. maj.

In Codice signato F. 8. 132.

Jacobi Magistri Ecclesiae Chotwiensis Notarii Rationale Divinorum officiorum. incip. praemissa Tabula Rubricarum. Quaecunque in Ecclesiasticis officiis rebus et ornamentis consistunt, durat p. 249. fol. f. 235. habentur certae litterae repertae antiquitus Romae in lapide, quas explicavit V. Beda. Cod. Membran. Saec. XIV. 1313. in Fol. NB. { Hic Jacobus non est auctor; Sed Guil. Durandus.

Hugonis de S. Victore Speculum Ecclesiae, sive Rationale de Divinis officiis. incip. quare septuagesima celebratur etc. durat p. 72. fol. Cod. membr. p. m. nitidissimus codex cum figuris coloribus etc. tum hoc quam prius opusculum.